

LAMENTATIONES IEREMIAE.

eius in siti: parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

H E.

5. Qui vescebantur voluptuosè, interierunt in viis: qui nutriebantur in croeis, amplexati sunt stercora.

V A U.

6. Et maior effecta est iniquitas filiæ puli mei peccato Sodomorum, * quæ subversa est in momento, & non ceperunt in ea manus.

Z A I N.

7. Candidiores Nazaræi eius nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores.

H E T H.

8. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis: adhæsit cutis eorum oſibüs: aruit, & facta est quasi lignum.

T E T H.

9. Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame: quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ.

I O D.

10. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos: facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.

C A P H.

11. Complevit Dominus furem suum, effudit iram indignationis suæ: & succedit ignem in Sion, & devoravit fundamenta eius.

L A M E D.

12. Non crediderunt reges terræ, & universi habitatores orbis, quoniam ingredetur hostis & inimicus per portas Ierusalem:

M E M.

13. Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum.

N U N.

14. Erraverunt cœci in plateis, polluti sunt in sanguine: cùmque non possent, tenerunt lacinias suas.

S A M E C H.

15. Recedite polluti, clamaverunt eis: recedite, abite, nolite tangere: iurgati quippe sunt, & commoti, dixerunt inter gentes: Non addet ultra ut habitet in eis.

P H E.

16. Facies Domini divisit eos, non addet ut respiciat eos: facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt.

A I N.

17. Cùm adhuc subsisteremus, defece-

runt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, cùm respiceremus attenti ad gentem, quæ salvare non poterat.

S A D E.

18. Lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum, appropinquavit finis noster: completi sunt dies nostri, quia venit finis noster.

C O P H.

19. Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cœli: super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.

R E S.

20. Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus: In umbra tua vivemus in Gentibus.

S I N.

21. Gaude, & letare filia Edom, quæ hábitas in Terra Hus: ad te quoque perveniet calix, inebraberis, atque nudaberis.

T H A U.

22. Completa est iniquitas tua filia Sion, non addet ultra ut transmigret te: visitavit iniquitatem tuam filia Edom, dis cooperuit peccata tua.

ORATIO

IEREMIAE PROPHETÆ.

CAPUT QUINTUM.

1. R ecordare Domine quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobrium nostrum.

2. Héréditas nostra versa est ad alienos: domus nostræ ad extraneos.

3. Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduae.

4. Aquam nostram pecuniâ bibimus: ligna nostra pretio comparavimus.

5. Cervicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies.

6. Ægypto dedimus manum, & Assyriis ut satiaremur pane.

7. Patres nostri peccaverunt, & non sunt: & nos iniquitates eorum portavimus.

8. Servi dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum.

9. In animabus nostris afferebamus pñem nobis, à facie gladij in deserto.

10. Pellis nostra, quasi clibanus exulta est à facie tempestatum famis.

11. Mulieres in Sion humiliaverunt, & virginis in civitatibus Iuda.

12. Prin-

ORATIO IEREMIAE.

12. Principes manu suspensi sunt: facies senum non erubuerunt.

13. Adolescentibus impudicè abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt.

14. Senes defecerunt de portis: iuvenes de choro psallentium.

15. Defecit gaudium cordis nostri: verus est in luctum chorus noster.

16. Cécidit corona capitï nostri: ve nobis, quia peccavimus.

17. Propterea moestum factum est cor nostrum: ideo contenebati sunt oculi nostri.

18. Propter montem Sion quia dispergit, vulpes ambulaverunt in eo.

19. Tu autem Domine in æternum permanebis, solium tuum in generationem & generationem.

20. Quare in perpetuum oblivisceris nostri? derelinques nos in longitudine dieum?

21. Converte nos Domine ad te, & convertemur: innova dies nostros, sicut à principio.

22. Sed projiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

PROPHETIA BARUCH.

B ARUCH Hebraicè Benedictum significat, qualis certè fuit vir ille, qui nobili Iudaorum prosapia oriundus, scribœ officium Ieremia præstare non abnuit, eidisque affecta & omnium laborum ac periculorum particeps fuit. Huic enim ad mortem usque constanter adhaesit: etiam cum per Iohanan in Ægyptum abductus est, ubi ab impiis Iudais lapidibus obrutus dicitur, quod eius monita ac reprobationes iam ferre non possent.

Hunc autem librum Baruch in Babyloniam scripsisse nominatim dicitur hic v. 1. Quod vero tempore in Babyloniam erit, minimè dicitur. Opinantur alii post mortem demum Ieremia id factum; quod ibi vers. 2. incendium Ierosolymorum memoretur, quasi iam peractum: Alii vero ante eversum templum; quod quadam hinc narrentur de sacrificiis vastisque redimendis ac reponendis, quæ de eo adhuc stante intelligenda videantur. Itaque Baruchum in ea legatione fuisse putant illi, quæ anno 4. Sedecia adscribitur ab Ieremia 51. v. 59. cuius princeps erat Saraias, Baruchi frater. His enim Ieremias, sua de excidio Babylonico vaticinia, que cap. 50. 51. & 52. habentur, tradiderat perlegenda captivis, ac postea in Euphratem projicienda. Anno vero sequenti, cum redditum maturarent, Baruchum volunt iidem, hoc scriptum concinnasse, & cum Rege aliisque qui Babylone erant, communicasse; tum ut ipsorum dolorem consolaretur; tum ut ex eorum sententiæ atque consilio, collectaque pecunia, populi, qui adhuc Ierosolymis supererat, calamitatibus subveniret. Id ut efficiant volunt annum 5. qui ibi adscribitur v. 2. numerandum esse à deportatione Iechonia, ut sit ann. M. 3409. Imò & memoratum incendium tunc quoque cæptum esse, cùm primum in potestate boñum venit Ierusalem, sed postea restinctum, ac capto demum Sedecia, templum denū & urbem deslagrasse. Harum sententiæ quo probabilior sit, videat prudens lector. Baruchum vero Hebraicè aut Chaldaicè scripsisse, suadent cùm tempus, & locus, tñm ipsa phrasis, quæ pasim ad Hebream accedit. Verum exemplar Hebraicum, iam olim intercidit, versione Græca ac Latinæ superfite. Ad finem libri sui adiecit Baruch Epistolam Ieremiam ad deportandos, quæ illi adversus idola & idolatriam confirmantur, habeturque hic capite 6. sive ultimo.

CAPUT PRIMUM.

Iudæi à Babylonie mittunt ad eos qui erant in Ierusalem librum Baruch, unde cum collectis pecunis, ut oblatis holocaustis orient pro ipsis, & pro Nabuchodonosor, filioque eius Balthasar: ac consententur peccata sua.

1. T H E T H hæc verba libri, quæ scripti

Baruch filius Neræ, filij Maasie, filij Sedeciae, filij Sedei, filij Helcia in Babylonie,

2. in anno quinto, in septimo die mensis, in tempore quo ceperunt Chaldaei Ierusalem, & succenderunt eam igni.

3. Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechonia filij Ioakim regis Iuda, & ad aures universi populi venientis ad librum,

4. & ad aures potentium filiorum regum, & ad aures presbyterorum, & ad aures populi, à minimo usque ad maximum eorum omnium habitantium in Babylonie, ad flumen Sodi.

5. Qui

5. Qui audientes plorabant, & ieunabant, & orabant in conspectu Domini.

6. Et collegerunt pecuniam secundum quod potuit unuscuiusque manus,

7. & miserunt in Ierusalem ad Ioakim filium Helciae filij Salom sacerdotem, & ad Sacerdotes, & ad omnem populum, qui inventi sunt cum eo in Ierusalem:

* èr. rō
zabēr ēv-
rō, postea-
quam ac-
cep slet
ipf. sc.
Baruch.
j. rōs à-
ποτρόφαι,
ad revo-
canda &
restituen-
da illa.

8. cùm acciperet vasa templi Domini, quæ ablata fuerant de templo, revocare t in Terram Iuda decima die mensis Sivan, vasa argentea, quæ fecit Sedecias filius Iosiae rex Iuda,

9. posteaquād cepisset Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam, & principes, & cunctos potentes, & populum terræ ab Ierusalem, & duxit eos vincitos in Babylonem.

10. Et dixerunt: Ecce misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocausta, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei nostri:

11. & orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius ut sint dies eorum sicut dies cœli super terram:

12. & ut det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros ut vivamus sub umbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub umbra Balthasar filij eius, & serviamus eis multis diebus, & inveniamus gratiam in conspectu eorum.

13. Et pro nobis ipsis orate ad Dominum Deum nostrum: quia peccavimus Domino Deo nostro, & non est aversus furor eius à nobis usque in hunc diem.

14. Et legite librum istum, quem misimus ad vos recitari in templo Domini, in die solemni, & in die opportuno:

* Inf. 2.6. 15. * & dicetis: Domino Deo nostro iustitia, nobis autem confusio faciei nostre: sicut est dies hæc omni Iuda, & habitantibus in Ierusalem,

16. Regibus nostris, & principibus nostris, & sacerdotibus nostris, & prophetis nostris, & patribus nostris.

* Dan. 9.5. 17. * Peccavimus ante Dominum Deum nostrum, & non credidimus, disidentes in eum:

18. & non fuimus subiectibiles illi, & non audivimus vocem Domini Dei nostri ut ambularemus in mandatis eius, quæ dedit nobis.

19. A die, qua eduxit patres nostros de Terra Ægypti usque ad diem hanc, eramus incredibiles ad Dominum Deum nostrum: & dissipati recessimus, ne audiernus vocem ipsius.

20. * Et adhæserunt nobis multa mala, * Deut. 28. & maledictiones, quæ constituit Dominus 15.

Moysei servo suo: qui eduxit patres nostros de Terra Ægypti, dare nobis terram fluentem lac & mel, sicut hodierna die.

21. Et non audivimus vocem Domini Dei nostri secundum omnia verba prophetarum, quos misit ad nos:

22. & abivimus unusquisque in sensum cordis nostri maligni, operari diis alienis, facientes mala ante oculos Domini Dei nostri.

C A P U T II.

Iudei in captivitate constiterunt propter peccata sua contigisse sibi mala que Deus per prophetas suos fuerat communatus: fusis ergo precibus petunt misericordiam, quam per Moysen fuerat pollicitus se resipiscientibus daturum.

1. Propter quod statuit Dominus Deus noster verbum suum, quod locutus est ad nos, & ad iudices nostros, qui iudicaverunt Israël, & ad reges nostros, & ad principes nostros, & ad omnem Israël, & Iuda:

2. ut adduceret Dominus super nos mala magna, quæ non sunt facta sub cœlo, quemadmodum facta sunt in Ierusalem, secundum quæ scripta sunt in lege Moysei, * Deut. 28.

3. ut manducaret homo carnes filij sui, & carnes filiæ sue.

4. Et dedit eos sub manu regum omnium, qui sunt in circuitu nostro in improprium, & in desolationem in omnibus populis, in quibus nos dispersit Dominus.

5. Et facti sumus subtus, & non supra: quia peccavimus Domino Deo nostro, non obaudiendo voci ipsius.

6. * Domino Deo nostro iustitia: nobis * Supr. 1. autem, & patribus nostris confusio faciei, 15. sicut est dies hæc.

7. Quia locutus est Dominus super nos omnia mala hæc, quæ venerunt super nos:

8. & non sumus deprecati faciem Domini Dei nostri, ut reverteremur unusquisque nostrum à viis nostris pessimis.

9. Et vigilavit Dominus in malis, & adduxit ea super nos: quia iustus est Dominus in omnibus operibus suis, quæ mandavit nobis:

10. & non audivimus vocem ipsius ut iremus in præceptis Domini, quæ dedit ante faciem nostram.

11. Et

* Dan. 9. 11. * Et nunc Domine Deus Israël, qui eduxisti populum tuum de Terra Ægypti in manu valida, & in signis, & in prodigiis, & in virtute tua magna, & in brachio excelso, & fecisti tibi nomen sicut est dies iste:

12. peccavimus, impie egimus, iniquè gesimus Domine Deus noster, in omnibus iustitiis tuis.

13. Ayertatur ira tua à nobis: quia derelicti sumus pauci inter gentes, ubi persisti nos.

14. Exaudi Domine preces nostras, & orationes nostras, & educ nos propter te: & da nobis invenire gratiam ante faciem eorum, qui nos abduxerunt:

15. ut sciat omnis terra quia tu es Dominus Deus noster, & quia nomen tuum invocatum est super Israël, & super genus ipsius.

* Deut. 26. 16. * Respice Domine de domo sancta tua in nos, & inclina aurem tuam, & exaudi nos.

15. Isa. 63. 15. * Isa. 37. 17. * 64. 9. * Psal. 113. 17.

17. * Aperi oculos tuos, & vide: * quia non mortui, qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est à visceribus suis, dabunt honorem, & iustificationem Domino:

18. sed anima, quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curva, & infirma, & oculi deficiente, & anima esuriens dat tibi gloriam & iustitiam Domino.

19. Quia non secundum iustitias patrum nostrorum nos fundimus preces, & petimus misericordiam ante conspectum tuum Domine Deus noster:

20. sed quia misisti iram tuam, & furem tuum super nos, sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum, dicens:

21. Sic dicit Dominus: Incline humerum vestrum, & cervicem vestram, & opera facite regi Babylonis: & sedebitis in terra, quam dedi patribus vestris.

22. Quod si non audieritis vocem Domini Dei vestri operari regi Babylonie: defectionem vestram faciam de civitatibus Iuda, & à foris Ierusalem,

23. & auferam à vobis vocem iucunditatis, & vocem gaudij, & vocem sponsi, & vocem sponsæ, & erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam.

24. & non audierunt vocem tuam, ut operarentur regi Babylonis: & statuisti verba tua, quæ locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum, ut transfferrentur ossa regum nostrorum, & ossa

patrum nostrorum de loco suo:

25. & ecce proiecta sunt in calore solis, & in gelu noctis: & mortui sunt in doloribus pessimis, in fame & in gladio, & in emissione.

26. Et posuisti templum, in quo invocatum est nomen tuum in ipso, sicut hæc dies, * propter iniuriam domus Israël, * f. ostendit.

27. Et fecisti in nobis Domine Deus noster secundum omnem bonitatem tuam, & secundum omnem miserationem tuam illam magnam:

28. sicut locutus es in manu pueri tui Moysi in die, quâ præcepisti ei scribere legem tuam coram filiis Israël,

29. dicens: * Si non audieritis vocem * Lev. 26. meam, multitudo hæc magna convertetur in minimam inter Gentes, quod ego eos dispergam:

30. quia scio quod me non audiet populus, populus est enim durâ cervice: & convertetur ad cor suum in terra captivitatis suæ:

31. & scient quia ego sum Dominus Deus eorum, & dabo eis cor, & intelligentia: aures, & audient.

32. Et laudabunt me in terra captivitatis suæ, & memores erunt nominis mei.

33. Et avertent se à dorso suo duro, & à malignitatibus suis: quia reminiscetur viam patrum suorum qui peccaverunt in me.

34. Et revocabo illos in terram, quam iuravi patribus eorum Abraham, Isaac, & Iacob, & dominabuntur eis: & multiplicabo eos, & non minorabuntur.

35. Et statuam illis testamentum alterum sempiternum, ut sim illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum: & non movebo amplius populum meum, filios Israël à terra, quam dedi illis.

C A P U T III.

Perseverant confiteri peccata sua & patrum suorum, obsecrantes Deum pro misericordia; Israël in captivitatem ductus est, et quod dereliquerit viam sapientie, quæ non inventitur à potentibus, divitibus, aut gigantibus: sed populo Israël tradita fuerat à Deo, cui omnes sua creature obediunt:

additumque de Christi adventu in carnem.

1. E T nunc Domine omnipotens, Deus Israël, anima in angustiis, & spiritus anxius clamat ad te:

2. audi Domine, & miserere, quia Deus XXX es